Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26324
Copyright: Admont, Benediktinerstift



si fuerit. et ipse et alii ei nutu stari absumit. Recenset aria libros missales ac uesti
menta sacerdotalia q̃ ad eosdem calices pertinent. et uinum cum aqua de puteis ampullis in
amphoras refundit. Mane autem presquam de huiusmodi officio se intromittat. presens
ebdomadarius armarium quod est trikameratum reserat. in quo calices predicti in suppremo
corporalibus suppositis recondunt. in medio hostiae et candelae. sine quibus nulla est mis
sa cantanda. in imo uero ampullae maiores et minores. maiores quidem ad uinum mi
nores uero ad aquam. et amphora in qua uinum de cellario allatum habetur. Est ibi et aliud
armariolum. in quo libri missales quibus ad predictos calices pertinent cum uestimentis sacer
dotalibus seruantur. Forinsecus autem fere duae amphorae cum aqua. ut de una manus abluantur.
de altera calices. de qua et illae minores ampullae semper implendae. de quibus fundatur aqua
tum ad sacrificium de aqua et miscendum. S. illa amphora de qua manus abluunt. seor
sum ponitur. altera uero in cauerna prope armarium in qua calices cetaque utensilia predicta
seruantur. et posita. In eandem cauernam minores ampullae dulciculo aqua impletae
a fratribus predicto ponuntur. et sic donec missae peractae et toto sint celebratae ibi di
mittuntur. nisi quantum ad eas canendas transportantur. et tunc ad ampullas uinarias
reponuntur. Vinum autem de quo sumitur est ad sacrificium in cellario in tali cuppa quae est
serata seruatur. Ad hanc quiens ebdomadarius accesserit. nisi manus et aram dulciculum
et fundum cuppae in circuitu dulciculi diligenter lauat. quam aliquod de uino acci
piat. Vinum quod in maiori ecclesia et ad S. Mariam remanet. in crastino reportat
in cellarium ut misceatur aceto puinarium. Si est eo tempore quo prima cum ipsa die in
cipiente cantetur. tunc se ratet ad famulos psalmos diurnalibus calceat. manus ac faciem
lauat. et rediens ad letaniam cum amphora maiore plena aqua ante quam tota fi
niatur. id est recentatis tantum sororum nominibus leuat se sicut et sepedicti fratres. et accelerat
uinum et aquam apportare. Altaris tabulam tali die discooperit antre quam pul
set scillam quae signum datur fratribus. ad calciandum. in estate uero et quiens bis comedit
ante primam. S. ecetra ad missam letania precedente in loco Omis.s. sin autem ad fa
mulos psalmos qualiscumque sit dies eam egerit. et in dominicis diebus duobus albatis ut in
cena sua in hoc impleant innuit. Post missam uero discooperitur. et sic usque peruespas
dimittitur. In uigiliis autem principalium festorum ad missam non detrigitur. Verum in om
nibus festis quae in cappis et supparis agunt. ablato eidem altaris uelamine. preo
palium ad missam ponitur presacristae. sic dimittendum usque perpetim agatur.

Quomodo ad singulas horas pulsare debeat. et quod aliud huiusmodi officium

Signum quod pulsandum est ad singulas horas. sollicitus est ut pulset tempestiue
ita tamen ut nihil presumat nisi iussus a maiore. et secundum quod prius est
institutum. Quando fratres anni iii et anni nona lauant manus. stat ipse et sedet